

qui verbum Dei , à quo mittebantur, prædicarint , & scriptis consignarint . Paulusque Apostolus ad Ephesios contestetur: *Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Patronos & Doctores, ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Dei.* Patres enim Divino Spiritu impulsi , nos docent non secundum hominem, ut cum Apostolo Paulo loquamur, sed per revelationem Jesu Christi . Quod vero addunt iidem sectarii, fieri posse, ut erret Ecclesia, quamvis & Doctorem Spiritum & Christum Caput habeat , quam neque maculam habere neque rugam , sed totam pulcrum & perfectam esse, columnamque & firmamentum veritatis scriptum est , & quam quicunque non audierit, jussum sit haberi ut ethnicum & publicanum, damnat hæc Synodus ut prorsus impium, & his aliisque divinarum litterarum testificationibus adversans .

13. XII. Damnat quoque illud dogma, nullam esse bonis operibus in hominum salute partem: quo non solum virtus omnis cælestisque vita, sed & omnis Scriptura sacra tollitur, quæ homines ad boetas actiones adhortatur, ut salutem consequantur.

15. XIV. Datur in eisdem abolitionem principis.

15. XIV. Datnat in eisdem abolitionem quinque Sacramentorum : τὰ πέντε τῆς ἐκκλησίας ὀρθότατα μυστήρια, τὴν ἱερωύνην, τὸ μῆρον, τὸ εὐχέλευον, τὴν διά τῆς μετανοίας ἔξοδον, τὴν τίμιον γαμον, ἄπαντα δ' αἱ ἵδη θεῖας χαράκτος μεταδοτικὰ ἦνται ἡ ἀρχαία κατέλιπτη παράδοσις. Negat Ecclesia Sacraenta quinque, Sacerdotium, sacram Unctionem, sacrum Oleum, Confessionem cum Paenitentia, & honorabile Connubium. Quae omnia ut sacra & divinam gratiam conferentia nobis antiqua traditio reliquit.

16. His adjungere mihi vixum est hominis Graeci, Graecanicaeque religionis tenacissimi testimonium. Is est Gabriel Severus Philadelphiensis, qui Graece opusculum edidit a se elucubratum, περὶ τῶν ἀγίων μυστηρίων, de sanctis Sacramentis. Quod idem ipse curavit Venetiis typis imprimi. Cujus cap. 5. sic docet: Επτά ἐσι τὰ τῆς οὐκλούσια μυστήρια, ἵνα τὸ ἄγιον Βαπτισμα, τὸ ἄγιον μόνον, ή ἄγια λεπτεργία, ή τάξις τῆς ἱερωσύνης, ή μετάνοια, οἱ ιάμψοι γάμος, η διχέλαιον. Septem sunt Ecclesia Sacra-menta, scilicet Sanctum Baptisma, sancta Unctio, sanctum Sacrificium, Ordo Sacer, Pænitentia, legitimum Conju-gium, & sacrum Oleum. Idemque hæc adjungit c. 7. de acro charactere, quem aliqua insigunt Sacra menta: τὰ μυστήρια παρέχοντα τοῖς αὐτὰ λαμβάνοι χαρακτήρας ἀνεξα-ρίτης ἐσι· τὸ δεῖνον δικαστὴν βαστισμα τὴν ἱερωσύνην, ἔτεροι δὲ οἱ δεῖνον μύρον διεβάσσον καὶ ἐρβεῖς λέγοντι εἶναι. Sacra menta rabentia suscipientibus ea indelebiles characteres, sunt simirum divinum Baptisma & Sacerdotium, alii etiam esse pieque divinam Chrismatis unctionem adjungunt.

17. XV. Duo vero duntaxat Sacra menta admittens
Calvini secta, eorum virtutem non recte exponit. Nam
Baptismo ipsum ita justificari baptizatum putat, ut perire
s nullo modo possit; eos quippe, qui non sunt divini-
us electi, et si exterius signum aquæ suscipiant, nulla-
enus hoc lavacro justificari censem.

18. XVI. Divinam autem Eucharistiam ita convellit, t nihil ipsi aliud nisi nadam figuram relinquit, quasi duc in umbra veteris Legis serviremus. Negat enim, un qui videtur & comeditur panem jam sanctificatum, esse verum Christi Corpus, sed spiritualiter tantum intellectum, aut potius imaginando fictum, quod omni impietate plenum est, neque dixit Jesus: *Hoc est*

τὸν δέ εἶχασσιν
τοῦ θαρρήγυνου, ἀσπιδὴν αὐτῷ ἔτερον εἴ μη τύπον Φίλοι ἐγκά-
λείπων, ὁσανεὶ ἐτί τῇ σκιάτῃ παλαιῷ νόμῳ ἐλατρόμεν· ἐ-
πὶ οὐπὶ ἔνα σῶμα Χριστὸν τὸν ὄφεμενον ἀρτον καὶ ἐπιθί-
νειν ὃρτον ἕην ἀγιασθέντα, ἀλλὰ τὸ νομεμένον τυφλατικός,
μᾶλλον εἰτὲν φανταζόμενον, ὃ πάσις ἀσεβείας αγάπτεων·
γερ Ιησὺς ἐκ ἵψεως τόπον ἔσιν τὸ σῶμά μι· καὶ τότο ἔσι τὸ
μα μι, τόπον μηλαδὶν τὸ ὄφεμενον καὶ λαμβάζεμεν καὶ κλασ-
τον ἀγιασθὲν ἕην καὶ διλογιζέν.

19. Cujus testimonium paullo ante adduxi . Gabriel
everus Philadelphiensis tractatum alterum contexuit:
τὸν μυστήριον τῆς δειας λεπτομηρίας De Sacramento Di-
nina Missa seu Sacrificii , in quo transubstantiationem
ositetur panis & vini in carnem & sanguinem Chri-
t. Ita vero scribit: Λεπτομηρία ἐσὶ μυστηρίου τοῦ
τετρωδέντρου ἄρτου καὶ ὅντες εἰς τὸν τοῦ σωτῆρος ίμάν σάρκα καὶ
άἷμα , ἀπερι ἐναργεῶς παραβάν τὸν ταῦτα καὶ τὸν τοῦ κυρίου
όσαν. Liturgia est Sacramentum sumptionis transub-
antiatorum panis & vini in Salvatoris nostri carnem
sanguinem , quibus evidenter representatur sepulchra
resurrectio illius. Porro hic auctor schismatis metu-
transubstantiationem , & vocem μετατονίσαι transub-

DIATRIBA ULTIMA

Hujusce totius Operis meta.

*Quonam sensu Ecclesia Catholica dicatur simul
& Romana.*

i. **I**nstitutus fortasse aliquis, Romanam Ecclesiam, & Catholicam Ecclesiam ita opponi, ut horum unum ab altero evertatur. Quisquis enim Catholicam dixerit Ecclesiam, eandem enunciat universalem. Quod enim Græce sonat vox *Catholicum*, idem Latine dicitur *universalis*.

versus. Dicere autem Romanum, id ipsum est declarare certo cuidam loco esse astrictum, scilicet uni Romanæ civitati; atque ideo inficiari esse universale; quatenus ad unum ac particularem determinatur locum. Scindunt tamen, Romanam Ecclesiam diversimode sumptu utramque posse notionem complecti, tum particularem ac singularem, tum universalem. Si enim ejusdem in quadam Italæ parte atque ad Tiberim situm consideres, aut quosdam ejus speciales ritus perpendas minime in reliquis Ecclesiis usitatos, quemadmodum Ambrosius & Augustinus epist. ad Consolananum loquuntur de Sabborum jejuniis in Romana Ecclesia, nullatenus universalem, sed specialem ac singularem notionem refert. Si vero de rebus loquare ad fidem Christianam pertinentibus, quas Romana docet Ecclesia, ad quam, quotquot in Orbe terrarum existunt Ecclesie, conformantur, ejusque institutis obtemperant, Ecclesia Romana Catholica & universalem habet significationem: ceteratum namque universarum Ecclesiarum in tertis militantium cum sit norma, exemplar & caput, illas omnes hoc suo nomine complectitur.

Hoc ipsum aperte profitetur & docet sanctitate & antiquitate venerandus Irenaeus hæc scribens libr. 3. c. 3.
Ad hanc (Romanam) Ecclesiam propter potentiores principaliatatem oportet omnem convenire Ecclesiam , hoc est , omnes qui sunt undique fideles . Et Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ contendit, unico Romano Pontifice ejusque Cathedra, tamquam insolubili vinculo, cunctas Ecclesias esse inter se colligatas, dum ibidem ait : *Episcopatus unus est , cuius a singulis in solidum pars tenetur .* Non enim negat plures esse atque distinctas Ecclesias, sed negat esse veras & sanctas Christi Ecclesias, asseritque prouersus haereticas & schismaticas, nisi fide atque obsequio cum Romana conspirent. Quod ut confirmet, recurrat ibidem ad ipsa Christi ad Petrum verba: *Loquitur (inquit) Dominus ad Petrum : Ego dico tibi , quia tu es Petrus , & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam , & porta inferi non vincent eam .* Et eidem post Resurrectionem suam dicit : *Pasce oves meas , &c.* Quo eodem libro subjungit, Ecclesiam esse unam in radice & capite, tametli multiplex sit propagatione. Idque triplici explicat comparatione ac similitudine, radiorum a Sole dimanantium, rivi a fonte defluentis, & ramorum arboris radici cohærentium; radium enim perdis, si a Sole disjungas; rivus arescit, si a fonte se noveatur; & ramus interit, si ab arbore vel radice excindatur. Idemque sanctus doctor scribens ad Cornelium Romanum Pontificem de schismate adversus ipsum Novatiano excitato, hanc profert æterna memoria diuissimam sententiam: *Neque enim aliunde hereses obserua sunt , aut nata sunt schismata , quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur , nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos , & ad tempus Judex vice Christi cogitur .* Cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternalitas universa, nemo adversus Sacerdotum collegium uidquam moveret.

*us DEO, Virginique Deipare Immaculata concep*ta*.*